

Kreis  
Steinfurt

3 260

1264 (1263) März 29 Münster.

[26  
260

Bischof Gerhard von Münster überträgt einen ihm resignierten Zehnten zu Nhdde, Kipl. Emsbüren, dem Kloster Wietmarschen.

Universis presentia visuris innotescat, quod nos G., Dei gratia Monasteriensis episcopus, decimam mansi unius in Alethwede, quam Albero de Bele miles, qui eam ab ecclesia nostra in feodo tenuerat, libere et absolute in nostris manibus apud Lantecge in multorum proborum virorum presencia resignavit, monasterio sanctimonialium sancte Marie in Novali nostre dyocesis conferimus proprietatis iure perpetuo possidendam. Quod presentibus protestamur. Actum et datum Monasterii anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lx<sup>o</sup> tercio. III<sup>o</sup> Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Orig. Siegel ab. Rückschrift: Doe Aelben. IX. Rep. I. 8b.